



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313774>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



19  
THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

**JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS**

**IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,**

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**JOHANNES ARNOLDUS MARINUS VAN DER HARDT ABERSON,**

**Drusiburgensis.**

**A. D. XVI m. Decembris, a. MDCCCLIV, Hora II.**



TRAJECTI AD RHENUM,  
APUD J. DE KRUIJFF.

MDCCCLIV.



---

## T H E S E S.

---

### I.

Probanda mihi non videtur sententia Cl. de SAVIGNY *System.* VI, 59: in L. 2 C. de annali exceptione usurpationem non concedi.

### II.

Non facio cum Cl. THIBAUT in opere postumo *Lehrbuch der Institutionen* p. 152: res mancipi waren die nach dem alten System versteuerbaren Sachen: quod probetur ex CICERONE pro Flacco C. 52.

## III.

L. 28 D. de usuris interpolata est.

## IV.

Qui partim ex sua, partim ex aliena materia speciem fecit, dominium acquirit licet ad pristinam formam reduci possit

## V.

Jusjurandum in litem minime in omnibus bonae fidei actionibus admittitur.

## VI.

Uxo civitatem retinet licet maritus eam amiserit.

## VII.

Bonae fidei possessor impensas utiles repetere potest, nec obstat Art. 636 C. C.

## VIII.

Pater tutor, qui usumfructum bonorum filii legitimum habet, satisfacere debet.

## IX.

Interrogationes in jure faciendae minime in Art. 1604 C. C. prohibentur.

## X.

Uxor a marito in jus vocata, indiget auctoritate judicis.

## XI.

Forcedens amittit administrationem rerum suarum inde ab initio forcessionis.

## XII.

Nummularius conditione indebiti repetere potest quod solvit propter falsam apocham.



## XIII.

Venditor qui pretium secundum Art. 243 § Ingeval. C. M. petit, contra secundum emtorem directe agere potest.

## XIV.

Minus probandum quod nauta demissus probare tenetur, se sine justa causa demissum esse, ut damni resarcitionem possit consequi.

## XV.

Probatio contra proxenetarum codices admittitur.

## XVI.

Art. 245 C. P. non spectat eos, qui in carcere civili detinentur.

## XVII.

Conatus perfectus (délit manqué) minore poena adfici debet, quam delictum consummatum.

## XVIII.

Non puniendus est conatus criminis, a quo perficiendo libera voluntate quis recessit.

## XIX.

In C. P. verbis «fausses clefs» non intelliguntur propriae domini claves quibus quis usus est ad furtum admittendum.

## XX.

Municipes non indigent delegatorum ex ordinibus provincialibus auctoritate, ut in foro civili actionem repellant.

## XXI.

Repudianda est eorum doctrina qui ipso luxu divitias augeri existimant. Absurda enim est sententia, opes consumendo gigni.

## XXII.

Lusus publicus (loterij) civitati nocet et ideo non est  
admittendus.